



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Animae Illvstres Ivliae Cliviae Montivm Marchiae  
Ravenspurgi Morsae Annexarvmqve Provinciarvm E  
Monvmentis Calamo R. P. Theodori Rhay. Societatis Iesv  
Redivivae**

**Rhay, Theodor**

**Neobvrgi Ad Danvbium, 1663**

II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10835**

**H**EISTERBACVM *magnorum virorum sanctus*  
*Hager, gemina hodie producit virtutum Ger-*  
*mina, venerabilem HERMANNVM Abbatem &*  
*WILHELMVM Monachum (vti vocant) Conuer-*  
*sum, quorum primus magistratu admissò, de-*  
*missione ac pietate omnibus charus fuit. Nun-*  
*quam verbo minùs amabili aut perturbato, vl-*  
*lum alloqui est auditus: vino quoque ac bel-*  
*larijs nunquam aut raro usus. Alter mundo*  
*latere & soli patère DEO elegit, qui ipsi omnia*  
*erat, Ex Fastis Gelenianis.*

## IVNIVS.

## II.

**A**QVISGRANI triumphus SS. PETRI *Ex-*  
*orcistæ & MARCELLINI: quorum primus*  
*imperante Diocletiano, Artemij præfecti*  
*carceris filiam à Dæmone agitātā liberavit, eamq;*  
*cum vniuersa familiā ad S. MARCELLINVM perdu-*  
*xit, à quo & sacris undis abluti sunt. Quapropter*  
*à Diocletiani præfecto Sereno asperiùs castigati*  
*cum neque blanditijs, neque minis à recta fi-*  
*de declinantes, sed constantiores aduerteret,*  
*missos in carcerem, & pugnis contusos securi*  
*percuti*



percuti iussit, ut in cælum securi evolarent. Ex  
Mar. Can. Bre.

## V.

**M**EINWERCVS X. Padibornensium Præ-  
sul CLIVIO-Gelder Theisterbandia Comes,  
toto imperio spectatissimus, HENRICO Impera-  
tori propinquus, cuius COR & ANIMA habebatur  
& erat: quo mandante GOSLARIÆ A. C. 1009.  
â Willegiso Archiepiscopo Moguntino con-  
secratus, & A. C. 1036. s. Iunij denatus est!  
vixit cum eodem Imperatore familiarissimè:  
eiusdem auspicijs sacra monumenta posteris  
(præcipueq; Padibornensi Ecclesie) reliquit, & Ab-  
dinchofensem Abbatiam eâdem in vrbe, & insig-  
nem Collegiatam in Busdorp, plurimâque alia sa-  
cra loca; sacella & Asceteria, proprijs impen-  
dijs curavit, paternisque ex bonis, lautissimè  
fundavit, summam quoq; Padibornensium Ædem  
omnino collapsam â fundamentis extruxit, &  
munificentissimè hereditarijs cimelijs dotavit.  
Castrum ASPELIVM & RESSAM (nunc Clivia fir-  
missimum munimentum) magno ære vendiderat  
eius Mater ATHELA Saxonica, quâ pecuniâ  
ipse, ut sibi debitâ ac receptâ Padibornam mu-